8709 Concordiae in curia fenestrae inserta.

pars superior latet
uETTIA · L · L·ANTHIS
SIBI·ET·STRABONIAE
C·L·EVTYCHIAE
V·F·

Recognovi. Bertolinius misit Instituto a. 1873.

8710 arca fracta. Portogruari apud Muschiettios.

uITA
D LIANO · T · LAEL CRIS M
PINIANVS· PATRI

Descripsi.

8711 arca fracta rep. Concordiae in sepulcreto una cum n. 8676.

VLPIA ZEN
uIVA SIBi et
AELIAE

Bertolinius misit ediditque *bull. dell' inst.* 1876 p. 86.

8712 Portogruari apud Muschiettios.

OTTIO
PRISC
M

Descripsi.

8713 Concordiae.

D · D
IN·FR·P·LX
RETR·P·L·

Valvaso f. 31'.

8714 Concordiae *alle Zaffarelle* non longe a sepulcreto.

A·L·LIB
NTINA
TIO
TI

Bertolinius misit.

8715 litteris magnis. Portogruari apud Muschiettios.

C IA
CO
CN

Descripsi.

8716 Concordiae.

CAN
CIAE
FIATE

Bertolini *Arch. Veneto* 7, 298.

8717 Concordiae.

FECIT
FEC

Bertolini *bull. dell' inst.* 1876 p. 88.

8718 arcae pars Russoli prope Portogruaro rep. a. 1874 in fundo Francisci de Fabris.

THVS
LIB

Bertolinius misit.

8719 Portogruari apud Bertolinium.

ab una parte: IETOI — *ab altera:* IN / OR

Descripsi.

8720 arcae pars fractae, Concordiae rep. in sepulcreto, est ibi in curia.

IO
XIIII
D E
PFTIS

Recognovi. Bertolini n. 31 *bull. dell' inst.* 1874 p. 32, *Arch. Ven.* 7, 297.

Sepulcretum, in quo fuerunt tituli qui sequuntur, situm est extra Concordiam ad sinistram fluvii Lemene dictum (antiquum nomen ignoratur; v. p. 178), distans ab oppido chiliometro dimidio, ut solo fluvio fere inde dirimatur. Transit per id media via publica a Concordia pergens ad Aquileiam larga metr. $6^1/_2$ sive ped. Rom. c. XXII (Bertolini *bull. dell' inst.* 1875 p. 119), ut haec a sepulcris vacua relicta sit, dextrorsum autem et sinistrorsum arcae cernantur non defossae, sed collocatae in solo antiquo inter arbores, quarum remanent trunci, et super alia sepulcra aevi praecedentis, plane ut cernuntur in sepulcretis similibus Arelatensi et Salonitano (v. Rossi *bull. crist.* ser. 2 a. 4 1873 p. 80. 5 a. 1874 p. 133 seq. addita imagine). Hodie tamen humo per saecula aggesta alte sepultae iacent. Cippi tabulaeque ab hoc sepulcreto plane absunt nec mortui ibi sepulti fuerunt nisi in arcis magnis et aequalibus fere inter se (solent enim longae esse metr. 2, largae m. 1, altae m. 0.75) et solidis operculoque aut fastigiato aut rotundo instructis, sed quae anaglyphis ornamentisque plane careant, pleraeque etiam inscriptione. Quod ad collocationem attinet, quae est ipsa primitiva, *la loro distribuzione*, Bertolinius ait (*bullett.* 1873 p. 59), *è la più disordinata, perocchè si addossano le une alle altre tuttora parallele, ma talvolta anche sotto angoli svariati, e mentre le une si trovano alla profondità di due metri e più, altre si mostrano a quella di due piedi appena. Per la massima parte sono collocate in direzione da oriente ad occidente e, al dire dei lavoratori, in tutte la testa del cadavere si trova da questo lato* (*occidente*). Inscriptas infra composui, titulis vetustioribus iis, qui in sepulcris reperti sunt positi in arcarum substructionibus, relatis inter eos quos supra edidimus. Item eodem reiecimus qui reperiuntur in ipso sepulcreto loco non moti, sed sub aliis recentioribus absconditi, de quibus sic ad me scripsit Bertolinius: *Le epigrafi le quali per lo stile, la forma dei caratteri e la pietra su cui sono incise si riconoscono evidentemente per le più antiche, si trovano incise sulle tombe che sono alla maggiore profondità e che raggiungono nella lor base il livello della strada dell' albero e della tomba di mattoni trovati a circa due metri sotto la base dei sarcofaghi più elevati* (*bull. dell' inst.* 1875 p. 120). *Adunque esse appartengono al sepolcreto primitivo, sopra il quale venne a posarsi quello del quarto e quinto secolo. Ad esempio le tombe dei Cicri* [n. 8686—8688] *sono tutte nell' angolo di settentrione-levante presso a quella di Fl. Aristo archiatro* [n. 8741], *e il loro vertice raggiunge appena l'elevatezza delle base di questa e dell' altra di Cicrius Ursus* [n. 8685], *le quali entrambe sono della pietra de' nostri monti, mentre esse sono invece della cava Romana di Nabresina ed hanno un taglio ben diverso da quelle delle tombe più recenti.* Sepulcretum cum casu repertum esset a. 1873 m. Februario, mox effodi coeptum est partim provinciae, partim rei publicae Italicae sumptibus, durantque adhuc eae effossiones, quas ipse inspexi a. 1876 m. Augusto, quatenus id licuit per aquas; nam cum fluvii alveus qualis nunc est emineat supra sepulcretum vicinum, aquae eius ibi ita restagnant, ut exhaustae opera hominum post dies aliquot sponte redeant arcasque inferius collocatas (neque enim plane aequabile solum sepulcreti est) denuo submergant. — Praefuit autem effossionibus his inde a principio atque etiam nunc praeest advocatus Darius BERTOLINI, cuius industriae doctrinaeque debetur fere quidquid inde habuimus. Nam non solum operis summa cum sollicitudine instat et invigilat, sed etiam inscriptiones ibi effossas apographis ectypisve sumptis statim publici iuris curat ut fiant. Prodierunt relationes eius de his effossionibus potissimum in actis Instituti archaeologici Romani (*bull. dell' instituto* 1873 p. 58—63 cf. p. 96. 1874 p. 18—47. 1875 p. 106—125. 1876 p. 86—88) et in actis Venetis (*Archivio Veneto* vol. 6 a. 1873 p. 49—67 scr. 20 Iul. 1873 et p. 379—383 scr. 18 Dec. 1873; vol. 7 a. 1874 p. 276—300 scr. 6 Mai. 1874; vol. 10 a. 1875 p. 97—125 scr. 1 Sept. 1875; vol. 11 a. 1876 p. 417—421, ubi Liveranii ineptias propositas in eadem ephemeride vol. 10 p. 352—355 recte refutavit).

Tres tantum ex titulis his annum adscriptum habent, nempe unus militis n. 8768 consules anni 394 aut 396 aut 402 et duo Syrorum paganorum n. 8731. 8733 Seleucidarum annos 721 et 738, p. Chr. 409/10 et 426/7; sunt autem tam similes omnes, ut reliquos quoque probabiliter adscribere liceat aevo Arcadii et Honorii*). Quocum recte convenit, quod titulus a. 362 n. 8658 repertus est in hoc coemeterio fractus et in opere

* Nummus aeneus Alexandri in una arcarum repertus (*Bullett.* 1873 p. 59) ad tempus definiendum non pertinet.